



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1784

VD18 13322648

§. 70. Varia virtutum specimina, miraque a Benedicto XIII. Pontifice
patrata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

§. LXX.

Sæc. XVIII.
A. C. 1726.

*Varia virtutum specimina, & mira
a Benedicto XIII. perpetrata.*

Hunc Pontificem raræ innocentiae, spectatæque virtutis exemplum extitisse, nemo est, qui negare ausit, nec hanc gloriam Eidem abjudicant ipsimet Ecclesiæ Romanæ hostes; tanta nempe est solidæ virtutis vis, ut etiam ab invitis laudis testimonium extorqueat: Præclarus autem ipse Deus famuli sui sanctitatem multis gratiæ favoribus testatam reddidit: Primo enim Pontificatus Anno juxta veterem Ecclesiæ morem Benedictus cerea sacrabat numismata, quæ vulgo *Agnus Dei* vocantur; ex his non raro prodigia divinitus fuisse facta testantur Autores gravissimi, omnique fide digni^(*). Præprimis enim die septima Augusti exorto incendio in Oppido Cotonii quidam Sacerdos nomine Angelus Belloni ejusmodi numisma in ignem, quo tota Antonii Sanarici domus absumenda credebatur, conjecit, ac illico incendium, cunctis admirantibus

Bb 2 ex-

(*) Joan. Andr. Tria Episcopus Larinæus in vita Benedicti XIII. Adden, ad Platinam Tom. II. p. 185. aliquie.

Sec. XVIII. extinctum est. Referunt etiam Scriptores Romani, quod idem Pontifex
 A.C. 1726. nil frequentius habuerit, quam ut Nofocomia aliaque pia Urbis loca diætim
 inviseret, ægrotis ac pauperibus solamen afferret, & nonnunquam eisdem
 sanitatem prodigiose redderet: Virum
 enim, qui mortem nonnisi pedis ab-
 scissione effugere poterat, solo contactu
 ac benedictione ad pristinam sanitatem
 reduxit, & mulieri jam dudum usu
 oculorum destitutæ videndi vim reddi-
 dit: sub idem quoque tempus Dominici
 Grozzatri Filio, qui altero pede claudus
 erat, gressum Mense Novembri resti-
 tuit, & in oppido Montis rubei a dæ-
 mone obsessum liberavit: Illis etiam
 rebus, quas hic Pontifex vel benedi-
 cebat, vel ipfus gestabat, non raro sa-
 nandi vis inerat; quippe Romana quæ-
 dam Matrona, dum Rosarium ab ipso
 paulo ante benedictum pectori admo-
 veret, a diuturno non minus ac peri-
 culo morbo convaluit, & Nobilis
 quidam Mediolanensis ab acutissimis
 capitis doloribus imposita, quam hic
 Pontifex gestabat, vitta liberatus est.
 Occurrunt plura alia, quæ Deus per
 fidelem Famulum suum mira operatus
 est, quæ tamen fusius recensere præ-
 termittimus, partim ne S. Sedis judi-
 cium prævenire videamur, partim ut
 obser-

observantia & reverentia, qua par est, Sæc. XVII.
 decreto Urbani VIII. Papa die 13. Mar- A.C. 1726.
 tii Anno 1625. insistamus. Ceterum
 id saltem sine omni dubitatione affir-
 mandum est, quod hic Pontifex nullam
 omnino prætermiserit occasionem. qua
 suam æque ac proximi salutem piis
 exercitationibus promovere posset, præ-
 cipue vero erga egenos beneficium sese
 exhibuit, & quicquid pretiosum ei un-
 quam dono fuerat datum, vendi, &
 pecunias inde haustas in pauperes di-
 stribui jussit, ægrotis quoque in Noso-
 comio ad S. Mariam languentibus una
 die quadraginta lectos sat commodos
 subministravit. Nulla sane præterflu-
 xerat dies, in quo Benedictus nova-
 sue pietatis monumenta edere negle-
 xisset, semper vel maxime in id in-
 tentus, ut populum sibi creditum om-
 nibus charitatis officiis complecteretur.

§. LXX.

Eiusdem summi Pontificis Constitu- tiones & decreta.

Hoc item anno idem Pontifex salu-
 berrimas condidit leges, quibus
 partim collapsa Ecclesiæ disciplina in-
 stauraretur, partim Dei cultus & San-
 ctorum honor magis magisque promo-
 veretur: Præprimis igitur die duode-

Bb 3

cima